

20

CUPRESSUS
FORIBUS LAUTERBACHIANIS
IN
BEATISSIMUM OBITUM
NOBILISSIMÆ ET VIRTUTIBUS ORNATISSIMÆ
MATRONÆ,
EVÆ MARGARE-
TÆ Better's/
CONJUGIS, *dum supererat,* **CASTISSIMÆ,**
SVAVISSIMÆ,
VIRI
EXCELLENTIS, CLARISSIMI, DOCTISSIMI,
M. CHRISTOFORI HEIN-
RICI LAUTERBACHII,
SCHOLÆ AD D. JOHANNIS HALBERSTADII
RECTORIS FIDELISSIMI,
Quæ
XV. Kalend. Martii clo Idc XLII.
nata,
IX. Kalend. Decembris clo Idc LXXVII.
denata,
à
Quibusdam AMICIS, olim DISCIPULIS, nunc in Per-
antiqua Universitate Hierana STUDIOSIS
AFFIXA.

ERFURTI,
TYPIS KIRSCHIANIS.



Eheu quàm subito cunctorum præterit hora,
Nec lacrymis multis, precibus nec flectitur ullis
Parca ferox, longæq; moræ spem reddit inanem.
Hoc tua commonstrat quondam dulcissima Conjux,
(Flebile jam cordis vulnus) PATRONE COLENDE.
Spes Tibi nuper erat, cunctantibus ire diebus
Tempus, quò fieret cordis non fluxa voluptas.
Verùm spes animo cadit hæc, dum traditur urnæ
Exanimum corpus certæ, dum membra sopore
Frigida putrescunt; hinc magni causa doloris.
Pone tamen lacrymas ac altum corde dolorem,
Nec gemitu tanto defunctam posce sodalem.
Tolluntur citiùs maturâ morte fideles,
Insidias mundi ne cernant atque tenebras;
Tolluntur, dulci quò tandem pace fruantur,
Expectentque diem supremum membra sepulta.
Et quid opus multis? Matrona ex sede beata
Ipsa beata refert nobis jam talia tanta:
Vita quid est hominis nisi tristis plangor & angor?
Flos, aqua, bulla, nihil tota est hæc gloria mundi.
In terris labor est, requiem dedit urna suavem
Ossibus, ac animæ Christus nunc gaudia cœli.
Occupet hinc, PATRONE, tuam patientia mentem,
Omnes ut possis placidè perferre dolores.
Altiùs hoc exsurge crucis sub pondere duro,
Altiùs ut surgit viridans sub pondere Palma.

Ευμπασιων f.

CHRISTOFORUS Zeitheini/LL.C.

Serbo

Hertz- und schmerzende
Klag- und Trost- Rede
zwischen
Dem hochbetrübten Ehe- Herrn und der Seeligverstorbenen.

1.

Ehe- Herr.

Noch soll Ich deiner nun im Leben
So bald/ mein Schatz/ beraubet seyn?
Dies dringet mir durch Marel und Wein,
Wo schöpff' Ich Trost/ den du gegeben /
Wenn Hertzens- Angst und Traurigkeit
Mich nun begleit' t?
O Trauens volle Zeit und Stunden!
O wütherische Todes Händ' !
Die dieses Eheband entbunden
So gar behend !

2.

Tröstende Wieder- Rede der Seeligverstorbenen.

Du unbegalltes Hertz / im Klagen
Anho/ bitt' Ich/ halte Maß /
Was ist des Menschen Leben? Glas/
Ein Meer/ da Streittigkeit und Plagen
Die Menschen unauffhörlich drück' t/
Ja gar erstick' t.
Was sollte mich denn nun bewegen
Zu bleiben da/ wo falsche Freud' /
Wo man stets geh' t auf Dräuungs- Stegen
Gefüll' t mit Leyd'.

3.

Ehe- Herr.

Dies muß Ich zwar/ dennoch betrübet /
Dir/ welche nun im Himmel schweb' t /
Sesteh' n/ daß den/ der dorten leb' t /
Nicht Furcht/ noch böses Schrecken liebet /
So uns bald hie/ bald da hintreib' t/
Und ganz auffreib' t.

A 2

Wh

Wie kannst du aber dich vergessen /
Der dich geliebt / wie wohl bewusst /
Den du erzeug't / und dir gefessen
Benebst der Brust.

4.

Seeligverstorbene.

Es hemm't nicht diesen Fall auf Erden
Die süsse Kindes Lieb' / es muß /
Weñ Mors den schnellen Abschieds-Gruß
Andeutet / der vergessen werden:
Doch wird auch dem der höchste GOTT
Beysteh'n in Noth /
Und endlich in den Himmels-Bühnen /
Da Ich schon leb' in stiller Ruh' /
Ihn mir und denen Seraphinen
Gesellen zu.

5.

Friedstellende Schluß- und Nach-Rede des Ehe-Herrn.

So lebe nun in tausend Freuden /
O Seele! die du leb'st in GOTT /
Wo man nicht weiß von Creutz noch Noth /
Von welchen Grenzen weit das Leyden.
Gebrauche nun der Himmels-Lust /
Uns unbewußt.
Ja lebe / lebe / liebste Seele /
In blau gestirntem Saal erfreut /
Wir synd in dieser Jammer-Höle
In stetem Streit.

6.

Denn Mißgunst / Meiden und das Hassen /
O schöne Tugenden! man hier
Für Wohlthat lob'nt zur Ungebühr.
Es wächst auch auff unsern Gassen /
Welch's GOTT geklaget! weit und breit
Die böse Zeit:

Der

Der darffstu / Seele / nicht geüben /
Drum dem ist wohl / ja mehr als wohl /
Der so wie du das Leben schließen /
Und scheiden soll.

Zu Bezeugung Christlicher Condolenz und zu
Bermehrung deß vom Verstorbenen selbst
geschöpften Trostes setze dieses

Johann - Georgius Rudolphi,
LL. Cultor, Duderstadenf.

DUX & LUX, LAUTERBACHI, Rectorque Lycei,
Qui nomen liquido ducis ab amne tuum.
Erfurti quæ me turbant proh nuncia, fidâ
Dum Te privatum Conjuge significant!
Nuncia, quæ veniunt, ô infelicia! mœstas
Me lacrymas magè, quàm fundere metra jubent.
Nomine mutato, non limpidus amplius amnis,
Turbatus potiùs diceris ipse mihi.
Quem crucis & duræ fortis permiscet amaror:
(Quæ poterit vidui crux superare crucem?)
Cum Bethesdanum turbaverat Angelus amnem,
Illô convaluit, qui modò lotus erat.
Quando maritalem, LAUTERBACHI, movet amnem
Dextra DEI, mens est ægra dolore tuo.
Est mirum quiddam. Quî factum discrepat illud?
Hîc opus est Nutu se relevare DEI!
Cum lignum Maræ fluidum projecit in amnem
Legifer Amramides, illicô dulce sapit.
Sic JESU (voveo) recreaberis arbore vitæ,
Sic è lætitiæ rursus & amne bibes.
Ut verè dicas: Splendet post nubila Phœbus:
Post amnem motum purior unda fluit.

Hiscæ Clariss. LAUTERBACHII Conjugis exitum
beatum, sibi verò mœstum contestatur

Joh. Chr. Appelman / Phil.
& S. S. Theol. St.

A 3

Calliopa

Calliopéa mihi lugubres præcipe cantus:
Quæis possim, me verba doce, lenire dolorem
Hujus, qui egregiâ quondam nos arte polivit.
Sed quid ago? tristi quæ mente voluto *Figuras?*
In cassum cunctas effundo pectore voces!
Non si verba queam devolvere lege soluta
Et versus dare vulgatas non ante per artes:
Si mihi Trejicius longâ cum veste sacerdos
Barbyta committat septem discrimina vocum,
Ad cuius chordas rapidus quoque restitit amnis,
Quas rigidi silices, quas turba secuta ferarum,
Mordaces nunquam possem depellere curas.
Non, licet ipse opem si carminis auctor Apollo
Spondeat, hos sperem tantos abstergere luctus.
Quis tanto possit modus? pudor esse dolori?
Cum Tibi dilectam mors funere mersit acerbo.
Quò nunc delitiæ? quò fugit summa voluptas?
Quòve Venus, vel quò nunc fax nitidissima puri
Vultus: quæ certè magnos spirabat amores:
Dilapsa in cineres, lethali corruiet ita.
Hinc tua quod tanto turbentur limina luctu:
Hinc quod demittis, Vir præstantissime, mentem,
Conjugis attonitus fati tantæque ruinâ.
Sed quæ vis luctûs? Lacrymarum flumina siste!
Talia non illi lethalia vincula rumpunt.
In cælo vivit suavissima gaudia carpens,
Non ibi mordaces posuere cubilia curæ,
Non metus & malesuada fames, querimonia nulla,
Non ibi mors stabulat, stabulat contagio nulla,
Non rabies Martis tempestatesque sonore
Telorum, belli non ferreus ingruit imber,
Hic TUA perpetuum vivit sine turbine sortis.

Dolorem contestans

hæc adjecit

Christof - Burchard Holzapffel /
Philosoph. Stud. Hertzberg. Saxo.

PARO-

PARODIA

Od. III. Carm. HOR. lib. 2.

Æquam, memento, conjugē mortuā
Servare mentem, ceu sapiens solet,
A duriori temperatam
Tristitiā, VENERANDE FAUTOR.

Quæ mœsta longo tempore spiritum
Duxit, remota est: Nunc ea per dies
Ævi quiescit perbeata in
Interiore Poli theatro.

Quò Numen ingens Christicolas piā
Turbā Angelorum consociare amat,
Laudes decentes ut laborent
Reddere mente sibi dicatā.

Natus solo vinum nimium cupit,
Floresque amœnas ferre jubet, satis
Et gaudet, ætas dum & sororum
Fila trium patiuntur atra.

Quidam gementes saltibus, & domo,
Villaque, curvus quam fluvius lavat,
Cedunt, quòd exstructis in altum
Divitiis potiatur heres.

Sed mortuæ mens nata Polo, lubens
Post se reliquit pauperem & infimum
Mortalium gregem, ut DEI sit
Victima, commiserantis omnis.

Ast nunc relictos voce piā monet:
Parate vosmet: Serius ocyus
Mors adfutura, & vos in æternum
Elysiūm impositura cœli.

*Hec Fautori suo optimo & Dn. Præ-
ceptorum quondam fidelissimo in bo-
norem posuit*

Philippus Pantelius,
LL. Studiosus.

Madri.

Madrigal.

Wo bleibt der Jugend=Cron?
Wo bleibt das fromme Bild?
So unter Gottes Schild
Geleb't im Creuz und Leyden?
Zu Gott bringt Sie Ihr Scheiden.
Welchs ist dan solcher Ort / da sie ist wohnet?
Der Sternen=Saal/
Da lebt die Seele in den Himmels=Bühnen/
Entfernet aller Noth/
Und singet mit den schönen Seraphinen:
O Heylig ist der Erste und der Letzt!
Drum stellet nun / Herr Wittwer / ein das
Weinen /
Weil der so wohl / die Euch zuvor ergetzt /
Auch wieder wird verkläret dort erscheinen.

Dieses setzet seinem getwesenen Herrn
Præceptori zu Ehren auff

BALTHASAR ZOPIUS,
Beyder Rechten Besliffener.

F I N I S.

zu 2

DOLOR,

Cujus aliquam,

ex obitu

Nobilissima, Castissima & Ornatissima

MATRONÆ,

EVÆ-MARGARE-

TÆ Bekkers/

Conjugis olim suavissimæ nunc deside-
ratissimæ

VIRI &c.

DN. M. CHRISTOF. HEINRICI

Lauterbachs/

Rectoris de juventute Johannitanæ, quæ
Halberstadii est, Scholæ optime merentis,

Quæ IX. Cal. Dec. M DC LXXVII ad meliorem

vitam, ex hac, feliciter emigravit,

partem sibi sumunt, & reliquam lenire cupiunt

Olim Discipuli, nunc grati Amici, in almâ Jenensi Aca-
demiâ Studiorum causâ morantes.





*IPSA LOQUENS DEFUNCTA
BEATE:*

Blanditiis nunc terra suis quos perfida nutrit,
Huc oculos! quorum de grege nuper eram;
Qui muti cineres alieno dicitis ore,
Nunc mecum humana discite lege mori:
Fidite ne formæ, genus haut spectate, nec annos;
Omnibus his poteram vincere, *victa cado.*
Nec si longa graves exornent atria ceræ;
Nec si artes vobis mille dedere Scholæ.
Linguaque contigerit, quæ poscit flectere saxa,
Si vobis virtus, gloria, splendor, opes.
Talia si possent rigidas mollire Sorores,
Non hæc me tegeret, quæ tumulavit, humus.
Nec nostrum in tristi legeretur marmore nomen,
Nomen cum veteri quam male conveniens.
Nomen, quod toties lacrumis gemituque sequetur
Conjugis orbati, nunc quoque magnus, amor.
Unde prius risus capiebat & omnia læta,
Melle quod Hyblæo dulcius ante fuit;
O *dulcis Conjux!* sunt hæc mortalia jura,
Omnibus ad manes certa eademque via est!

Ante

Ante tuos obitûs sibi me Libitina sacravit,
Hoc est, quod fueram sæpe precata DEUM,
Me Tibi fles raptam ? gaude posuisse dolores,
Mortua quod tempus, sum cruciata minus.
Non Ego tergemini canis indignantia rostra
Vidi, tale nihil mitior orbis habet.
Blanda quies habitat, longis & otia festis,
Et pax Palladiâ fronte revincta caput.
Hinc cutas hominum tot despectamus inanes,
Et mixta alternis gaudia falsa malis.
Hinc tumuli ridere mei ludibria possem,
Hæc nisi cuncta tuæ sint pietatis opus.
Tu facis obscurâ ne putrescamus in umbrâ,
Inscribens quæverulis cara sepulcra notis.
Quæ tam concordēs longum testantia flammæ
Diffundant titulis in nova secla meis.
Pro quibus officiis longam tibi Numina vitam,
Et vacuam curis dent, vacuamq̄ve metu.
Nec teneri luctum geminens cita funera Gnati,
Cujus onus patrium nunc premit omne sinum.
Ast ubi sera dies fatalem indixerit horam,
Quæ solvat vinclis Te quoque corporeis:
Lætus in Elysiis mecum spatiabere campis,
Tunc monstrabo animæ gaudia mille tuæ.

A

Marita

Marita dilectissima
Enixa cara pignora
Tibi Patri, Clarissime
Rector, volente Numine,
Mœroris heu gravissimi
Defuncta causam dat Tibi,
Ut solus usque lugeas,
Finemq̄ve luctûs nescias.

Sed quælo, ne despondeas
Animum, nimisve lugeas:
Medebitur dato Tibi
Manus Jehovæ vulneri.

Non usque miscent aspera
Venti feroces prælia;
Non semper imbres nubibus
In agros ruunt undantibus:

Sic & nec omni tempore
Erit Tibi, ceu nunc, malè;
Tantum est opus Patientiâ
Virtute nobilissimâ.



FORI
BI
NOBIL
EV

M. C
SCHO

S
CHIANIS
ITUM
ORNATISSIMÆ

ARE-

TISSIMÆ,

OCTISSIMI,
I HEIN-
CHII,
BERSTADII
IMI,

LXXVII.

LIS, nunc in Per-
TUDIOSIS

IS.

